tatore: et opere pleniori. Ego enim putaveram modum in hijs tractandis explanare nequaquam excessisse velut superius dixi. Et video processit in longius quam sperabam. Proinde vos si placet explanate nominatim. Ita ego sive in multis sive in paucis: brevi verbis quod est studium satisfacere voluntati. *Explicit liber gloriosissimi et devotissimi melliflui doctoris sanctissimi bernardi abbatis. de precepto et dispensacione:- Deo gracias*

Legitur in vitis patrum. quod dum quidam frater sederet solus in heremo. seducebatur a demonibus per annos plurimos. ipse vero existimabat quod angeli boni essent. Egrediebatur autem pater eius secundum carnem per tempus et visitabat eum. Una autem die secum tulit bipennem secum dicens quod revertens ferret mecum pauca ligna. Et preveniens unus demon dixit ad filium eius. Ecce diabolus venit ad te in similitudinem patris tui. habens bipennem in sporta sua ut impugnet te. Tu igitur preveniens tolle illam bipennem ab eo et repugna illi. Pater eius venit secundum consuetudinem. et accipiens filius eius bipennem ab ipso. percussit eum et occidit. et continuo adhesit ad eum spiritus malignus et suffocavit eum.

Contra avaros exemplum

Legitur de quodam avaro. quod cum divicias illicite acquisisset. et cupide retinuisset. et filiis relinquere decrevisset. alter filiorum sibi succedere nolens. religionem intravit. Post cuius introitum pater avarus et alter filius secularis de medio sunt sublati. Ille vero qui erat in religione rogavit dominum ut sibi patris et fratris statum dignaretur misericorditer revelare. Quo facto vidit eos in quodam puteo inferni litigantes. et invicem se mordentes et maledicentes. Pater dicebat filio. Maledictus sis. quia ut tu esses honorabilis feci usuras. Filius econtra dicebat patri. Si non iniuste acquisisses. ego non iniuste detinuissem. et dampnatus non essem.

Exemplū diuine mīe pʒ ꝑ visione illā q̄ ꝯtigit carpo.
Retulit enī p̄dc̄us carpꝰ btō dionysio. ut ī q̄dā eiꝰ eplā
ꝯtinetᵘʳ. q̄ q̄dā īfidelis fidelē quēdā ꝑuertissꝫ. adeo carpꝰ
moleste tulit. ut ex hoc īfirmitatē incurreret. Tāte aūt
sc̄itatꝭ erat carpꝰ. ut nūq̄ celebraret. nisi ei celestis visio
īferret. Sz cū ꝓ utriusqꝫ ꝯuersione orare deberet. deo ꝯti-
die exorabat. ut ꝯbustione q̄dā āboꝝ simul impiis co-
diter obrueret vitā. Et ecce noctis medio dū vigilaret
ꝛ hāc orone faceret. subito domus ī q̄ erat ī duo diuisa
fuit. ꝛ q̄dā fornax imēsa ibidē apparuit. respiciēsqꝫ rursū
vidit celū apertū. ꝛ ibidē dn̄z ihm̄ circūdatū m̄ltitudine
āgloꝝ. Deinde iux̄ fornacē p̄dcā̄ duo viri tremuli
stare cernūtᵘʳ. q̄ a serpētibꝫ de fornace ascendētibꝫ morsibꝫ
ꝛ īuolucionibꝫ violent̄ ī fornacē trahebāt. necnō a qui-
busdā viris īpigebātᵘʳ. Hec videns carpꝰ adeo ī istorū
vindicta delectabat. ut superiore q̄de visione ītuitu ꝯtēp-
neret. ꝛ ī eoꝝ vindictā totꝰ ītētꝰ maneret. ita q̄ plurime
moleste ferebat q̄ nō ī fornacē cito cadebāt. Tandē cū
difficulter ī celū respexisset. ꝛ p̄dcā̄z visionē vidisset. ecce
ihs hoīm illoꝝ misertꝰ. ex sup celesti trono surrexit.
ꝛ usqꝫ ad illos cū multitudine āgloꝝ descēdens manū
extēdens ipsos eripuit. Dixitqꝫ carpo ihs manu extēta.
Percute ꝯtra me. De cetero. q̄ paratꝰ sū ꝓ hoībꝫ saluādis
pati. ꝛ mori. ita ut merito possit dici. q̄ miseraciones
eius sup oīa opa eiꝰ.